Sigismundus etc.

Famatis Proconsuli et Cons: civitatis nostrae Ilkusien. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Famati Fid. nobis dilecti. Inter Generosum Albertum Laczinskij Vicezupari Ilkussi. et nec non ac Famatum Jacobum Cruszkij Cons. Ilkusien. ex quadam contentione ventum est ad quasdam protestationes Famosas. Quoniam autem easdem partes mutuo sibi esse reconciliatas accepimus, Mandamus Fid. vestris ut postea quam utriusque partibus praefatis consensus accesserit, protestationes illas omnes et actus quosvis iudiciales famam utriusque illorum quoquomodo tangen. ex actis suis deleant atque ita expurgant, ut nulla omnino eorum nota appareat, etiamsi pars actorum profatorum denuo describenda et ipsa acta reparanda fuerint. Pro gratia nostra. officijque etc.

Litterae moratoriae

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quod cum nobis certo relatum esset nomine Famatorum Jacobi Zadikowicz et haeredum olim Thomae Zadikowicz tanquam mutuo negociationis sociorum Civium et Armenorum Leopolien. eosdem insignem fecisse bonorum suorum iacturam cum propter prior tum propter recentes tumultus bellicos unde merces eorum a multo tempore in Terris Turcicis una cum Factoribus detinerentur reditum per illas oras domum expectantes, ita ut propterea et ipsi creditoribus suis solven. essensum possint, faciend. nobis ad intercessionem certorum consiliariorum nostrorum existimavimus, ut illis in hoc naufragio manum porrigeremus. Quapropter memoratum Jacobum necnon pupillos et haeredes olim Famati Tomae Zadikowicz fratris ipsius in patrocinium et protectionem nostram suscepimus suscipimusque per praesentes eisdemque literas nostras moratorias damus et concedimus eosdemque ab impetitione molestationeque quorumvis creditorum ratione quorumvis debitorum per eos quibuscunque hominibus mercatoribus et Civilis conditionis contractorum a data praesentium ad   decursum liberos et immunes esse volumus. Ita quod literis hisce nostris freti tuto secureque ubicunque in Regno et dominijs nostris versari negociaque sua quaevis licita et honesta agere possint, neque ante decursum temporis depraescripti cuiquam ratione debitorum respondere teneatur bona tamen interea sua in damnum creditorum non alienent imo cum eisdem pro debitis

componant. quod ad omnium quorum interest notitiam deducimus
simulq et Mandamus ut literas et concessionem nostram presentem
in omnibus servent ab alijsq omnino servari curent In cuius rei etc.

Legitimatio

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro
Honesta Zophia olim Famati Martini Costrzgackowicz Civis
Cracovien[sis] relicta extra copula quidem matrimonij nata honestam ta-
men in legitimo matrimonio vitam duceri apud nos factam maxime
vero ducti commiseratione pupillorum per eandem Zophiam cum prae-
dicto Martino ex legitimo matrimonio procreatorum omnem labem eidem
Zophiae vitio parentum propter natalia inustam de plenitudine pote-
status nostrae Regiae abstergendam et abolendam esse duximus abs-
tergimusq et abolemus eandem Zophiam omni meliori modo et forma
authoritate nostra legitimamus atq ad omnes actus legitimos et iuri-
dicos instar aliarum Honestarum foeminarum in iure Maydeburgen[si]
quoad capien[dum] et ad liberos suos transmitten[dum] quasuis successiones
in bonis mobilibus et immobilibus habilem idoneam legalemq esse
volumus. quod ad omnium et singulorum notitiam deducen[dum] Man-
damus ut eandem Zophiam Costrzgackowiczowa liberosq ipsius
ex eodem Martino pro honestis et legitimis semper habeant In quorum etc.

Approbatio census reemptionis

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quod posteaquam intellexissemus Famatos Proconsulem Consu-
totamq Communitatem oppidi Boniecz tenuta Generosi Joannis Bij-
dzinskij pietate in Deum ductos in animum induxisse, ut ex pec-
cunia Civili Summam Mille florenorum in censu reemptionali comparandum
atq Ecclesiae Parochiali in usus Plebani et Viccariorum modernorum
et pro tempore existentium conferendam exponant atq numerent, postu-
latumq a nobis esset, ut eam in rem consensum nostrum eisdem
praebere dignaremur. Nos itaq collaudato hoc pio illorum proposito
quod ad laudem Dei omnipotentis et servorum eius sustentationem
spectat faciendum nobis esse existimavimus ut illis consensum no-
strum non negaremus. Consentimus itaq et authoritate nostra Regia per-
mittimus ut praefati Proconsul Consules totaq communitas oppidi praefati
Boniecz dictam Mille florenorum Summam cuicunq ratio existimaverint

345